

1511. 4. 6. May

Sigism: 1. Rex Poloniae Stanislae  
Lanckoroński Capueo Cameracensi;

Innoe Fidelis Dilecte! Ituri ad magnum Du-  
catum Lithuanie celebravimus conventum in no-  
va civitate Korceyn, ut communi omnium con-  
silio provisionem faceremus ad securitatem Rur  
sub absentia Nra necessariam, maxime si ho-  
stes adeo validi ac potentes venirent, quod tu cum  
istis Stipendiarijs necessariam resistenciam ipsis  
facere posses. In hoc itaque conventu Nova Civi-  
tatis constituimus, ut tertia Pars antea conscripta  
bellicae expeditionis parata sit, ut Campiductor requi-  
ret medicantibus vestibus Nris statim et sine ulla  
cunctatione, Pars ipsa tertia Nobis in subsidium  
accurrat, quod si vero hostis validioribus viribus  
Regnum invadere vellet, et tunc omnes totius Rur  
vires que jam paratae semper erunt monebuntur.  
Sed quoniam majorem in modum a Subditis Nris  
rogati sumus, ne illos absque manifesta necessita-  
te moveamus, idque eis polliciti sumus. Mordanus  
tibi ut Exploratores diligentes et fidos serves, qui ve-  
re ac fideliter de hostium intentione positioneque  
edocere te possent, et cum aliquid eveniret, quod mo-  
tionem vel tertiae Partis vel totius Rur requireret,  
id perscribas Campiductori Rur et Capueo Leopoliensi,  
qui subinde Palatinos terras admonebunt, et ad cer-  
tum Diem et locum Nobilitatem Rur in auxilium  
Vobis moveant, sed cures et custodias ne sine ma-  
gna necessitate moveantur. Credimus enim non  
esse tibi incognitum, quanta jactura Regnum affici

Soleat

Tartaria

soleat, cum motio generalis sit absque necessitate.  
 Nos enim in Breuic et illi amageros et Lithuanos in promptu habebimus. Certo nobis persuademus quod tu in hac custodia et cura militari vigilantem te praebebis cum Vojevoda etiam Valahie intelligentiam bonam habeas et cum opus fuerit, ne Eum deseras, ab eo vicissim auxilium proscas, iustitiam ab utraque Parte seruetis ac administretis non dando occasionem violandi pacem, quam cum magna difficultate conseruimus. Datum in Potanica 6. Maij 1511.

*[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*